



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiaë,||**

**Molanus, Johannes**

**Antverpiae, [1592]**

De sacra militia S. Henrici Imperatoris. Cap. XLI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38114**

euasit. Ceterum Crescentis vxor, quæ ipsum spe regnandi in suum amorem pellexerat, discessum eius dolens, venenatum chirotecarum simulatae amicitiae munus ad eum misit. Quo ille sensim infectus, apud Paternum iuxta vaticinium sancti viri exstinguitur.

*De OTTONE Duce Lothariensi, ex dono Ottonis I I I.*

C A P. X L.

**A** NNO M D C C C C . X C I . Carolus Dux v r i . Brabantia Dux ex beneficio Imper. moritur. Otto filius eius succedit ei in Ducatu Lothariensium, qui anno  $\infty$  . V . sine liberis decessit, sepultus Niuellæ ad S. Gertrudem; aut, vt aliqui volunt, Colonia ad S. Mariam.

*De sacra militia S. HENRICI Imperatoris.*

C A P. X L I .

**O** T T O N E I I I . veneno exstincto, post S. Henricus duos constituit Brabantiæ Duces. duos annos interregni, successit S. Henricus, Saxo, Bauariæ Dux, cognomento Claudus, Hungariæ Apostolus.

Hic Henetos, qui fide Christiana ( cui sese sub Ottone primo addixerant ) repudiata, ad pristinam idololatriam redierant, & templa deleuerant, trucidatis Episcopis, denuo edomuit, & Episcopatus Mersburgensem, Misnensem, & Magdeburgensem, barbarorum armis deuastatos, instaurauit, nouisque donationibus auxit. Præcipuè verò Mersbū-

E 3                      gensen

genssem locupletavit, cui attribuit maximam partem Comitatus Mersburgensis post mortem Esici Comitis, quod factum scribunt anno  $\infty$ . VII. Quo etiam anno condidit Episcopatum Bambergensem; quem ita munivit, ut præcipuos omnes Germaniæ Principes huius Episcopi vasallos esse voluerit.

Rebus autem per Boëmiam, Poloniam, Vngariam, & Germaniam constitutis, suscepit profectionem cum exercitu in Italiam: ubi Ardoino Marchione, quem Episcopi & nobiles aliquot Italiæ Imperatorem declarant, superato, victor coronam ferream Mediolani, auream Romæ suscepit.

Postea tripartito exercitu Græcos & Saracenos aggressus est, qui Apuliam & Calabriam adhuc tenebant magna ex parte, etiam aliquam partem eis recens sub Ottone III. Guilielmus Nordmannus ademerat. Troiam urbem Apuliæ, quam Græci munierant, expugnatam evertit. Et Græcis pariter ac Saracenis tota vltiore Italia depulsis, in Apulia & Calabria Nordmannos collocavit, ut tuerentur eam Italiæ oram contra utrosque.

Obijt Princeps religione maximus anno Christi  $\infty$ . XXIV.

*Duces Lotharingiæ Godefridum & Gothelonem à S. Henrico constitutos, à sacra militia impeditos fuisse.*

VIII. &  
IX Brabantia  
Duces  
dono S. Henrici.

CAP. XLII.  
**M**ORTVO Otrone sine liberis, Duces Lotharingiæ annis centum magna portione